



Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Ioviani Pontani. De Aspiratione Libri duo. Charon
Dialogus. Antonius Dialogus. Activs Dialogus. Aegidius
Dialogus. Asinvs Dialogus. De Sermone Libri Sex. Belli,
Qvod Ferdinandvs Senior ...**

Pontano, Giovanni Giovano

Venetiis, 1519

De Delectu, qui, & qualis sit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12960

dem assiduo uersantur uel potius interstrepitant. Verū attigisse hæc satis fortasse hoc in loco fuerit, cum ea sine uitia, sine uirtutes minime sint aut ad Veritatem, de qua dicturi sumus, aut ad Comitatem, Vrbanitatem ue referenda. Loquaces enim uideri magis possunt Taciturnis aduersari, Taciturnitasq; ipsa Loquacitati. De quibus dicere his in libris minime propositum est nostrum.

De Taciturnis.

Illud tamen non prætermittimus. Taciturnitatem mediocritatem esse quandam, Loquacitatem excessum. Parte uero ex altera, qui tacendo excedant, eos esse sine nomine, neq; enim aut ubi, aut quantum, aut quomodo, aut quid oporteat, dum tamen taceant, pensi quicquam habent, & siquid quandoq; musitan potius quam loquuntur. Sed missatio ex ore, innutuq; constat, ac supercilij, non minusquam uerbis, & pleruq; occultu est, gigniturq; interdum ē metu, aut reverentia, nonnunquam pudore, aut stupore, non raro simulatione, ut eorū aduersarij uideatur, qui obganiunt, potius quam qui loquaces sunt. Sed querere hæc ipsa distinctius hoc (ut dictum est) loco, nostri non est propositi. Quam ob re qui mediocritatem hac ipsa in re de qua dispositio est, sequantur, quiq; ipsi sint, perquiramus. Cum enim Contentio si, atq; Assentatores ē regione penē sint constituendi, atq; ex adverso colloqui debant, medium quidem inter hos ipsos perquirendum est. Et si nomen mediocritatis eius minime est proditum, & Contentiositatem, & Adulationem extrema uerius dicamus, quam opposita, quippe quæ a medio recedat. Itaq; mediocritas ipsa querenda nobis est. Aristotle uero quanquam innominatum Græce tradat, putat tamen illum & retinere que utring; oporteat, ac servare, & ratione eadem reiçere quæ, & ubi, & quomodo opus fuerit, atq; omnino repellere, ut etiam existimet hanc ipsam mediocritatem amicitiae maxime esse similem. Quia in parte si aliquanum fortasse immorabitur, ueritatis, ac rei ipsius indagandæ gratia, sat confidimus, te (quod humanitatis est tuæ proprium) uitio id minime esse daturum.

De Delectu, qui, & qualis sit.

Et Poëtae, & scriptores rerum tum humanarum, tum naturæ uoces rebus ipsis adjiciunt, unde dictæ sunt adiectiæ, quibus proprietates, appellationsq; declarant explicitæ, & etiam finiunt. Nam hominem cum dicunt animalem esse, & rationalem et mortalem, hominem ipsum finiunt, & quæ substantia sit eius declarant. Quid cum

Poëtæ & placidam dicunt quietem, & arma horrentia, & fertilem
Ausoniæ, non ne & armorum, & quietis, & agrorum qualitatē
indicant? & cum humilem Italiam, & campos iacentes, & colles su-
pinos, an non situm innuunt, ac positur am? & ubi ingentis artus, ma-
riaq; patentia, quid nisi amplitudinem signare uolunt, ac magnitu-
dinem, & membrorum, & pelagi? Eadem ratione qui de moribus
scribunt, oportet ut uocibus adiectis actiones nostras, quæ mores, ac
uirtutes, constituant, terminent. Terminantur autem actiones ipse, perfic-
tiuitq; si qui agunt, & sicuti oportet, & quando oportet, quantumq;
eo oportet agere, modumq; in cunctis retineat, ne uerum aut nimia sit eo
rum opera, aut remissio, minimaq; utq; & loci meminerint, et per-
sonarum, ac rerum etiam ipsarum. Quæ qui seruant, hi dicuntur a ge-
dis rebus delectum adhibere. Delectu enim illa continentur omnia,
quibus actiones ipse, uirtutesq; perficiuntur. Et enim quemadmodum
consultationem ipsam sequitur electio, confirmatioq; consiliū, ac pro-
positum, sic postquam eligimus incipere, suscepimusq; agendum aliqd,
sequitur est usus delectus, hoc est ut deligitur inter ea quæ ad agen-
dum offeruntur, & tempus quod sit opportunum actioni, susceptoq;
negotio, & locum idoneum, & uiam, quæ tenenda sit, cum plures of-
ferri soleant. Adhæc multi cum indigeant, ut de liberalitate exem-
plum proponamus, diligendū est quibus potissimum daturi sumus. Cūq;
non uniuersa sit pecunia eroganda, ne fons ipse liberalitatis exaret,
dandoq; alijs plurima, liberis desimus, parētibus, uxori, nepotibusq;
quantum etiam ijs ipsis quibus daturi sumus, singillatum sit erogandū.
Quo in delectu præcipue etiam uidendū est, rationem uti habeamus
& negotij, & eius ipsis, qui cum habenda res est, & urbis, & ciui-
lium tum legum, tum consuetudinū, ac propriæ præsertim personæ,
quæq; alia recta ipsa ratio tenenda monstrauerit, ne in aliquo agen-
tes peccemus. Neq; enim tantummodo à nobis peccabitur, si aut nimis
erimus, aut astriciorēs in erogando (ut in quo cœpimus exemplo per-
sistamus) uerum etiam si liberales in eos fuerimus qui minime di-
gnoscunt liberalitate, aut si quibus conferenda præsens est pecunia, quod
domesticat, extremaq; laborent egestate, equestri eos prerogativa exor-
nauerimus, aut si quibus opus est opera, eos uerbis innuerimus, prosegue-
murq; consilijs, ac monitis. Ititur hæc ipsa mediocritas de qua nunc dis-
serimus, uersatur potissimum in habendo delectu, ne aut ad nimiam
declinemus uerborum gratificationem, quæ leuis sit, ac uana, ubi for-
te opus esset commonitione, oportetq; uerbis grauioribus, maximeq;
accommodatis retrahere amicum, uel acrius etiam obiurgare, aut ubi

indulgentius fortasse agendum esset, ut in nuptijs, atq; in publicis lus-
dis, afferre in mensam, atq; ad choreas supercilium, & publicam læti-
tiam uelle aut sermone minus suavi, aut fronte obducta contristare,
hilaritatemq; inficere iurgijs, atq; contentionibus. Quid (inquit ille)
in theatrum Cato seuere uenisti? Intellegebat enim alium hilaritu-
dinis locū esse debere, alium seueritatis.

Non hoc isti sibi tempus spectacula posuit.

Diversa omnino hæc est persona, monet enim omessa rerum innaniū,
picturæq; inspectione, rei maxime seriæ que instaret, preuertendū eē.

Quæ locum animaduertes Cicero, Turpe esse dixit, ualdeq; uitiosum
in re seria coniuicio dignū, aut dedicatum aliquem inferre sermonē.

Ad consequendam mediocritatem opus esse delectu.

Qui igitur mediocritati huic daturus est operam, ne aut in gratiam lo-
quens recedat a medio, profundatq; se se in assentationē, atq; obse-
quium, aut dū seria sequitur, delabatur in aduersum, acerbasq; ad
contentiones, modo refragatoris personā, modo rixatoris induens, huic
delectus cū primus habendus est, & rerum, & temporū, et locorum,
& personarum, quo uirtutem maxime laudabilem ac publice, pri-
uatumq; & apud ciues, peregrignosq; aequa spectatam conse quatur.
Ex hoc itaq; Aristoteles mediocritatem eā amicitiae per quam simile
esse putat, quando qui eiusmodi uirtute est prædictus, et ciues amplecta-
tur, & exteros, & æquales, atq; inferiores, & quibus cum uiuendi
consuetudinem frequentat, & quibus nulla prorsus necessitudine est
coniunctus, quin eodē quoq; erga eos afficietur studio, q; in honoribus
constituti sunt, ac magistratibus, primumq; in populis locum abtinent.

De mensura seruanda in gratificando, & commonendo.

Hoc autem tale est, ut cū opus fuerit, gratum se se illis exhibeat in ser-
monibus, conversationibusq; i eisdemq; appellandis, atq; iniuisendis,
i salutationibus, deductionibus, reductionibusq; atq; assūrectiōibus,
deniq; ut omni ē parte gratus esse illis studeat, & (quantum par est)
in illorū gratiam ac commōdationem loqui, ac modo res corū lau-
dare, proq; loco, ac tempore commendare dicta, probare, consilia, sen-
tentias, actiones, studia, opera, uitæ genus efferrē, eaq; cuncta cum de-
lectu, ac ratione. Contra hæc, ubi labi aliq; uiderit, peccare decipi,
parū prudēter rebus suis consulere, aut nimū sibi ipsi tribuere, disce-
nēte ab honesto, delabētemq; ad ostentationē, ac uana consilia, cōptan-
temq; popularis auras, et (ut Seuerus Alexāder usurpabat) uēdēte
fumos et loco suo, et iepore, et uerbis maxime accōmodatis cōmōdesa-